


Jakob Christoph Wolff

Programma Qvo Rector Academiae Rostochiensis, M. Jacob. Christoph. Wolffius ... Ad Eundum Exeqvias, Qvas Matronae Praenobilissimae, Omnique Virtutum Sui Sexus Genere Condecoratissimae Catharinae Amseliae, Viri ... Dni Alberti Heinsii ... Relictae Viduae ... Anno MDCCXXXV. d. XVII. Novembr. Familia Amseliorum paratas cupit, Omnes Academiae Proceres Ac Cives ... invitat

Rostochii: typis Joh. Jac. Adleri, [1735]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1789603242>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Proboten Proctorab-Programme, meist
Todesfälle in Proboten Eingewanderten Familien bzw.
Größen Heilb und dem nächsten Jagdgebiet.
Ordnungsbuch geordnet.

Litr. A — H.

Im Juni 1859 und dem Neßlerß des Graf. Hofrat Piper
zu Güstrow erworben.

(Zinn und die Familien v. Klein, v. Kravitz u. a.)

82 Stücke

Mklb Gen

2/3I-40



Revis.
1833.

- F. A. Aepinus, + 1758.
A. Ahrend, + 1730.
Anna Kohl, n. Ampel, + 1709.
Cath. Ampel, vid. Kleinpi, + 1725.
Magd. Wund, ux. O. P. Möleri, + 1733.
C. H. Balke, + 1778.
J. H. Becker, + 1774.
P. Becker, + 1753.
J. J. Bentzen, + 1725.
Cath. Marg. Besselin, vid. Jac. Burgmann, + 1731.
Just. Reg. Besselin et Ann. U. Hever, vid.
Ch. M. Hever, Roff, + 1742.
V. J. Besselin, + 1755.
Cath. Bloeksdorff, vid. Viet. Puffer,
+ 1715.
Cath. Burchard, n. Bourgund, + 1740.
Ch. M. Burchard, + 1742.
Jac. Burgmann, + 1724.
J. H. Burgmann, + 1746.
J. P. Burgmann, + 1775.
J. Carmon, + 1743.
J. H. Carstens, + 1731.
J. F. Celle, + 1729.
P. Biese, + 1746.
Ann. Cath. Coeh, + 1726.
G. Crause, + 1723.
Ch. Crule, + 1748.
J. F. Crull, + 1757.
J. A. Curtius, + 1740.
J. Ch. Dancwarth, + 1755.
Anna Decker, conj. Meinauni, + 1739.
G. Deharding, + 1747.
Gert. Jul. Dittmar, ux. J. Carmon.
Ag. Doercks, conj. F. A. Aepini, + 1736.
Ch. Doercks, mar. Nettelblatt, + 1753.
Marg. Doercks, mar. Lief, + 1755.
J. A. Duve, + 1728.
Ann. Soph. Eggerdes, ux. G. Ch. Handwigen,
+ 1743.
Matth. Joh. Eggerdes, + 1718.
Matth. Hinr. Eggerdes, + 1722.
J. L. Engel, + 1758.
H. A. Engelen, + 1734.
H. Ch. Engelen, + 1742.
J. F. Eyllers, + 1749.
Chr. Ed. Forster, vid. Ch. R. Holten, + 1734.
Cath. Chr. Fischer, vid. A. Willebrandt,
+ 1742.
Hel. de Klein, nat. Gerdjen, + 1730.
P. Gerling, + 1778.
H. Goltermann, + 1733.

Ann. El. Groth, vid. Krauel, + 1739.

Alb. Kleins, + 1733.

Matth. Ben. Hering, + 1750.

G. Herkepaus, + 1745.

Cath. Mar. Eyler, geb. Kitten, + 1756.

Ann. Soph. Kolsten, conj. J. D. Spalding, + 1740.

El. Kopp, norm. Crull, + 1766.

Ann. Hedro. Korn, conj. V. J. Bepelin, + 1730.

El. J. Jörck, + 1728.

Joh. Joach. Jörck, + 1729.

P. Chr. Kämpfer, + 1755.

Joh. de Klein, + 1732.

Wend. Kleinschmidt, vid. J. J. Bepelin,
+ 1726.

Ann. Marg. Knefbeck, conj. H. Golden-
mann, + 1738.

A. L. Knefbeck, norm. Kopp, + 1747.

D. H. Koepcken, + 1731.

G. W. Koepcken, + 1732.

F. E. Kohl, + 1738.

Anna Kortholt, vid. J. Lindemanni,
+ 1743.

A. J. v. Krackevitz, + 1732.

J. Krauel, + 1750.

PROGRAMMA

5.

QVO
RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
M. JACOB. CHRISTOPH.
WOLFFIUS,

Gr. Lingu. Prof. Publ. Ord. F. C. tatis suæ h. Decanus,
AD EUNDUM EXEQVIAS,

QVAS

MATRONÆ
PRÆNOBILISSIMÆ, OMNIQUE VIR-
TUTUM SUI SEXUS GENERE CON-
DECORATISSIMÆ

CATHARINÆ
AMSELIÆ,

VIRI

PRÆNOBILISSIMI, CONSULTISSIMI
AC DOCTISSIMI

DOMINI

DNI ALBERTI HEINSII,

J. U. D. & Judic. Ducal. Advocati, dum viveret,
longè Celeberrimi

RELICTAE VIDUAE

Lugenti quidem animo, solenniori tamen ritu,

Anno MDCCXXXV, d. XVII, Novembr.

FAMILIA AMSELIORUM

paratas cupit,

OMNES ACADEMIÆ PROCERES AC CIVES,
SUIS TITULIS, DIGNITATIBUS AC OFFICIIS

MAXIME CONSPICUOS,

Decenti animi observantia invitat.

ROSTOCHII, typis JOH. JAC. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typographi.

PROGRAMMA

RECTOR ACADEMIAE ROSTOCKENSIS
M. JACOBUS CHELSIUS

Gr. Lig. Rost. 1674. 1. Decembris
AD BURNIUM X. NOV. 1674.

MA. JACOBI
PRAEPOBITISSIMI OMNIV. VIRI
TITULI SUP. SEXUS G. FERRE COM.
DECO. ATISSIME

CATHARINA

AMSELIANA

VIRI

FRANCOB. CONSTITISSIMI
AC. DOCTISSIMI

DOMINI

DOMI ALBERTI HEINSSII

J. U. D. & Judic. Ducal. Advocat. dum vivens

longe celebratiss.

PETITAE VIDUAE

Eugeniae viduae sive solenniter legitimi filii

ACADEMIAE ROSTOCKENSIS



FAMILIA AMSELIORUM

viduae sive

OMNES ACADEMIAE PROCESUS AC CIVIS
SUP. M. JACOBI CHELSII AD OFFICIA

MA. JACOBI

ROSTOCKI 1674. JAC. ABBE. LEG. ROSTOCK. PROCES.



A. 141 Q.



Ugubri hoc scribendi genere, *Cives*

O. O. Honoratissimi, ut in praesentiarum Vos compellem, ansam mihi, licet invito Suppeditavit obitus *Matronae* inter nos *Celebratissimae, Praenobilissimae omnique virtutum apparatus Ornativissimae Dominae CATHARINAE AMSELIÆ, Viri quondam Praenobilissimi, Consultissimi nec non Dóctissimi Dni. ALBERTI HEINSII, J. U. D. & Advocati*

Dexterrimi relictae *Viduae*, quæ, posteaquam summâ cum laude ætatis suæ annos ad terminum in ipso S. codice homini præfixum perduxerit, naturali, placida ac beata morte regnum terrestris coelesti, laborem quiete, mortalitatem immortalitate mutavit. Quapropter & num de beata hac analysi lugendum nobis sit, an vero potiori jure de felicissima hac commutatione Ipsi gratulari debeamus? haud sine ratione dubito. Considerans enim nostram, quam vivimus, vitam, omniaque calamitatum ipsam prementium genera, non possum, quin eandem nil nisi ipsam esse mortem arbitrer, præsertim cum non solum & V. & N. Tti. Patres, sed & ipsos gentiles, idem hoc probè agnoscentes, & hac in re

A 2

consen-

consentientes mecum habeam. Gentiles quidem quod concernit scriptores, plurima eorum in promptu sunt testimonia, è quibus unicum adduxisse sufficiet *Senecæ L. I. Epist. XXIV.* admodum scitè hac de re scribentis: *Quotidiè morimur: Quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & rursus quoque, cum crescimus, vita decrescit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam: Usque ad hesternum quicquid transit temporis, perit. Hunc ipsum, quem agimus, diem cum morte dividimus. Quemadmodum clesydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit: Sic ultima hora, quâ esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. Tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus. Unde & veritati commoda verba dicit Lucilii canentis:*

Mors non una fuit, sed quæ rapit, ultima mors est.

Quæ quod a vero minimè abhorreant, multò significantius nobis explicant ipsæ S. Bibliorum Pandectæ; Hæ enim, dum concatenatam ærumnarum ac calamitatum, terricolas post lapsum in hac vita miserè discruciantium seriem ipsam passim nominare solent mortem, eo ipso luculentum hujus rei perhibent testimonium, de quo ut dubitemus, nulla adest ratio, præprimis cum & ipsa, omnium rerum magistra, experientia idem non solum testetur, sed & Patres V. & N. Tti exemplo suo satis comprobent. Audiamus modo inter plurimos Patriarcham Jacobum, Pharaoni Ægyptiorum Regi ad quæstionem: quot vixisset annos? magna cum emphasi respondentem: *Centum triginta annos peregrinatus sum, paucos & malos annos vixi neque majorum meorum vitæ annos assecutus sum, quibus peregrinati sunt. Gen. XLVII. 8. 9.* nec non Mosén fidelissimum istum in Domo DEi servum, qui Ps. XC. 10. vitæ nostræ brevitatem, miseriam & repentinam præcisionem graphicè describens, hunc in modum loquitur: *Ætatis nostræ spatium septuaginta terminatur annis, aut (ut sit bona valetudo) octoginta: quorum tamen potissima pars labores sunt & incommoda, celeriter enim transimus & avolamus.* Hæc etenim verba ut cum quibusdam interpretum, non de omnibus in genere hominibus, sed de solis tantum Israëlitis intelligenda esse statuamus, nulla nos urget necessitas. Licet enim facillè concederemus, Mosén fortassis intuitu extremæ istius miseræ, cum quâ Populo Israëlítico, ob intempestivam suam indignationem, ex justissima Numinis vindicta, tum temporis præsertim conflictandum fuit, eidemque ante diem in deserto moriendum, ad conscribendum huncce Psalmum fuisse commotum; nullo tamen modo, verba hæc tam arctis circumscribenda esse limitibus, ut ad solos tantum Israëlitas, nequaquam vero ad omnes omnino homines pertineant, probari poterit; Quemadmodum enim Mosés in antecedentibus in genere de omnibus loquitur hominibus, quod DEus eosdem redigat in pulverem, & genus humanum redire jubeat, præterea quoque verba ista: *Domine, Tu receptaculum nobis es perpetuis seculis;* ad solos restringere Israëlitas minimè licet, nisi verba Pauli in Ep. ad Rom. C. XV. *quæcunque ante scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & literarum consolationem spem habeamus;* irrita reddere, omneque solatium fidelibus eripere velimus; ita nec hæc de solis Israëlitis assumi poterunt. Ut jam taceam, quod & in hodiernum usque diem veritatem horum verborum quotidiana comprobet

experientia. " Quicquid enim hic objicitur, afferendo exempla eorum, qui terminum hunc non modò superarunt, sed & nonagesimum vel centesimum & plures mensis sunt annos, facile dissolvi poterit, si modo distinctionem istam inter ordinariam & extraordinariam naturæ cursum probè attenderimus. De priori enim, non autem de posteriori sermo est, omnipotentiaque divinæ omninò manet integrum, pro immensa suâ sapientia, hujus vel illius hominis vitam, modo planè singulari prorogandi ultra ordinariam vitæ humanæ terminum, licet ejusmodi exempla à communi merito sint eximenda regulâ, non aliter ac Henoch & Elias, item omnes ii, quos novissimus comprehendet dies, à vulgari isto effato: *omnibus omninò hominibus moriendum est semel*; jure meritoque eximuntur, quippe quos naturali morte neque defunctos esse, neque defungendos fore, nobis, testante ipsa scriptura S., quam clarissimè constat. Uti nec absolutè afferendum esse statuo, quod quilibet mortalium, ordini naturæ conformiter sese gerens, necessariò hunc à DEO præstitutum vitæ terminum attingere debeat. Eo enim ipso omnipotentiam, sapientiam liberamque DEI voluntatem angustiordibus, quam fas est, circumscribi limitibus, imò ipsi contradici Spiritui S. tam certum est, quam quod certissimum; Ita enim expressè loquitur per Esaiam Cap. LVII. v. 1, 2. *Justi colliguntur præ malis & veniunt ad pacem, & requiescunt in cubili suo, qui ambularunt in directione suâ*; Ut Henochi, Hiskia, aliorumque in S. litteris passim obvia, contrariumque edocentia exempla sicco jam præteream pede, & ad ipsam potius verborum contemplationem memet conferam, quorum ut brevitati Studeam, sensus hoc innuere videtur, hominum ætatem ultimis temporibus, si cum pristina Patriarcharum, vel ante, vel paulò post diluvium viventium longævitate comparetur, ita esse abbreviatam, ut homines juxta naturæ ordinem septuagesimum, vel robustiores, ad summum octogesimum haud facile superarent annum, adeoque humanæ vitæ terminus ipsis præstitutus sit brevissimus, ita prorsus, ut homines eo ipso, quo fieri incipiunt, momento, morti quoque jam reddantur viciniore, optimoque de iis dicatur jure: *dum orimur, morimur*; Potissima enim vitæ nostræ pars labores sunt & incommoda, quibus indies natura nostra non solum atteritur, sed & plenariè demum destruitur. Vocabula enim in fonte adhibita laborem innuunt & iniquitatem aut injuriam; intellige autem laborem tam arduum tamque gravem, ut vires hominum eo ipso attenuentur quam maximè, hincque ad recuperandas eas quies ipsis appetenda sit, hocque laborum onere per universum vitæ spatium premuntur, & quidem ex justissimo DEI judicio: *in sudore enim vultus tui comedes panem tuum, donec revertaris in terram, de quâ sumtus es, Gen. III. 19.* Non aliam igitur in his terris vivere vitam nobis datum est, quam quæ geritur ab iis, qui in servitutem redacti continuis iisque durioribus laboribus corpus suum ita defatigare tenentur, ut præ lassitudine emori videantur, cui & accedunt varia iniquitatum genera, quibus & vitam nostram, plus quam satis est affici, dubium non est, partim enim nosmet ipsi peccatis nostris, quorum numerus planè innumerus est,

B

& nobis

& nobis & aliis quam maximè nocemus, partim & ab aliis summa nobis infertur injuria, maximæque excitantur molestiæ, unde vita nostra redditur miserrima, & rectè sese habent verba Salomonis, Eccles. C. II. 22. 23. miseriam hanc describentis: *Quid juvat hominem labor omnis & animi molestia, quâ sub sole cruciatur? cuncti ejus doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit, id quod etiam vanum est.* Nulla enim hominis pars hujus laboris, hujus molestiæ expers est, corpus delassatur laboribus, doloribus ac morbis, animus excruciat variis sollicitudinum & affectuum generibus, hæcque omnia non nisi cum ipsa terminantur vita, adeoque nemo ante obitum dicendus erit felix atque beatus. Huic denique accedit repentina vitæ nostræ præcisio, quam duplici nobis hic propositam videmus simili, quorum aliud desumptum est, vel à defalcatione graminis & frumentorum, vel à tonsione ovium, vel denique quacunque alia violenta everfione, verbum enim, quod in fonte legitur, de omnibus hisce usurpari, criticis compertum est, Nihilque interest, quocunque demum sensu vocabulum hoc à nobis assumatur, inconstantiam enim hujus vitæ, ipsiusque præcipitatum corruptionem eodem asseri, cognitu facillimum est, uti & alterum à volatu avium depromptum simile vanitatem ac fugacitatem hujus vitæ nobis explicat, sicuti enim avis aërem pervolantis nullum exstat meatus indicium, ita quoque hominis demortui nullum amplius existit vestigium in his terris, anima enim ex hac in alteram transfertur vitam, corpus vero exanime terra tegitur, eoque ipso oculis hominum eripitur. O miserrimam igitur vitæ hujus conditionem! quam meritò dolemus & cum Paulo, corporis nostri liberationem, expectantes, seriò precamur: *miser ego homo, quis me liberabit ab mortis hujus corpore ex Epist. ad Rom. VII. 24.* Scimus enim, qui Christo Salvatore nostro per fidem sumus uniti, si terrestris nostræ domus tabernaculum dissolutum fuerit, ædificium nos habituros esse à DEO, domum nullis manibus factam, sempiternam in coelis, in quâ requiescemus non solum ab omni nostro labore, sed & agnus pascet nos, & ad vivos aquæ fontes perducet, abstergetque DEUS ex oculis omnes nostras lacrymas. Hinc quoque cum eodem non tantum dissolvi & cum Christo esse cupimus, sed & de hora, quâ corpus hoc mortale deponere possumus, nobis gratulamur. Tantum enim abest, ut mortem respectu fidelium cum Røellio amplius poenam quandam dicamus, ut potius eandem omnibus vera fide in Christum decedentibus maximè proficuum ac salutarem statuamus; Licet enim mors, testante scriptura S. ad Rom. VI. 23. omnino stipendium peccati sit, eadem tamen & nos edocet, Christum, uti omnes in genere poenas à nobis subeundas in se suscepit, ita quoque mortem, cui pestis fuit, superasse eandemque in victoria absorbuisset, ubi enim, mors, est victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus? DEO autem sint grates, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum JESUM Christum. Ut itaque nemo mortalium, qui fidei & amoris vinculo ita cum Christo est conjunctus, ut neque mors, neque vita ipsum separare queat à charitate DEI, quæ est in Christo JESU Domino nostro, neque ærumnas

mnas hujus vitæ sustinendas neque ipsam mortem existimandas ha-
 beat pares gloriæ, quâ sumus affiendi, sed lætabundus potius exspe-
 ctare queat corporis sui liberationem, quo & ipsi demum post tot
 tantosque labores feliciter exantlatos & superatas tam graves vitæ
 hujus molestias æterna liceat perfrui quiete & exhilarari in conspectu
 Domini in omnem usque æternitatem. Et summam hanc felicitate-
 tem ac beatitudinem jam obtinuit *B. Defuncta nostra Amelia*; Licet
 enim & ipsi confitendum omninò fuerit cum Mose, ætatis suæ spati-
 um terminatum esse septuaginta aut octoginta annis, optimamque
 eorum partem fuisse labores & incòmoda, attamen exsuperatis
 placida ac beata morte omnibus his molestiis, æterna jam fruitur re-
 quie deque beatissima hac metamorphosi in sinu gaudet, unde & no-
 bis ipsi de eadem congratulandi incumbit officium, in simulque au-
 tem, ne eorum augeamus numerum, qui juxta effatum Esaiæ mortem
 iustorum flocci pendunt nihilque faciunt, legendum nobis est de de-
 cessu Matronæ hujus Pientissimæ, in ò, ut exemplar habeamus virtu-
 tum præstantissimarum in eadem conspicuarum, memoria Ipsius con-
 servanda in benedictione, cui nostro ut pro virili satisfaciamus offi-
 cio, sequentia ex relatione Cognatorum nobis suppeditata honori ac
 memoriæ piè *Defuncta* veniunt subjungenda: Nata est *Beata* nostra
 hic Rostochii Anno MDCLVI. mense Novembri, *Patremque* nacta est
 Virum quondam Prænobilissimum, Consultissimum ac Excellentissi-
 mum DN. ANDREAM AMSELIUM, J. U. D. & in hac Alma Pan-
 dect. Prof. Duc. Publ. Ordin. Celeberrimum Consistoriique Assessor-
 rem Gravissimum, *Matrem* vero Foeminam omnibus virtutibus ma-
 liebibus florentissimam MARGARETHAM SCHMIDEN, *Avum*
 paternæ lineæ exosculata est Dn. JOHANNEM AMSELIUM, Illust.
 Jctorum Ord. Secretarium merentissimum, *aviamque* in eadem lineâ
 Honestissimam magnisque laudibus dignissimam foeminam, ANNAM
 LUBCHEN. *Proavum* ejusdem prosapiæ venerata est DN. ANDREAM
 AMSELIUM, ex civitate Stein in Stiria oriundum, qui ob varias
 tunc temporis veræ religionis ergo in ista ditione subortas tempestates
 patrium solum cum his nostris terris mutare coactus, hincque factum
 est, ut Nobilitas ejus & prædicatio derAmseth von Heidewitz in isto infe-
 lici rerum statu oblitterata, tractu demum temporis evanuerit. Alter
 paterni stemmatis *Proavus* ipsi exstitit DN. GEORGIUS LUBCHEN,
 J. U. D. & Dicasterii Provincialis Advocatus inclytus, cujus uxor,
 adeoque *Defunctæ* nostræ *Proavia* fuit WENDULA RORFF. *Ma-*
ternam quod concernit stirpem, *Avus* Ipsi fuit THOMAS SCHMIDEN,
 Civis hujus urbis primarius & Centum - Vir integerrimus, *Avia* vero
 Foemina virtutum laude coruscã MARGARETHA von SCHMIDEN,
Proavum salutavit, Civem ac mercatorem Westphalum Florentissimum
 THOMAM SCHMIDEN, alter denique ex matre *Proavus* laudatus
 ab Ipsa fuit DN. CHRISTIANUS von SCHMIDEN, Senator hujus ci-
 vitatis Prudentissimus, *Proavia* vero Foemina virtutibus Ornatissima
 MARGARETHA PUBEREN. Hisce laude Dignissimis Majoribus cum
 natales suos debeat Nostra, nil mirum est, quod tantarum virtutum fe-
 licissima

licissima quoque exstiterit Hæres; præsertim, cum Ipsius Parentes, postquam omnium primò hanc suam Filiam carnem ex carne natam, Sacro Baptismatis lavacro regenerari coetuique Christiano adscribi curarent, eandem ante omnia in vera atque salutari DEI agnitione, omnibusque honestæ virgini convenientibus virtutibus erudire annisi sunt, exemplisque suis Ipsi quam optimè præluxerunt. Ita enim hæc eorum cura ac sollicitudo adeò non fuit frustranea, ut potius & Sapientia & gratia tum apud DEUM, tum apud homines eam proficere perspexerint. His enim, quibus cum Nostra familiari conversatione uti licuit, penitus innotuit, B. Defunctam sese quovis tempore gessisse DEI ipsiusque verbi strenuè amantem, ita, ut nullo tempore absque urgente necessitate locum suum in templo reliquerit vacuum, optimo proinde jure hanc promerita sit laudem, daß Sie eine fleißige Kirchen-Gängerin gewesen, imò & domi S. Biblia diligenter volvendo, aliosque libros asceticos legendo tempus omne, quod curæ domesticæ Ipsi modo fecerunt reliquum, Summâ animi voluptate consumserit, unde & præ multis aliis virtutum undiquaque coruscantium non mediocris in Ipsâ conspiciendus fuit splendor. Parentibus enim suis Optimis semet semper præstitit morigeram, cum amicis concordem, cum vicinis placidè viventem, adeoque à tramite justî, in quantum humana id permisit imbecillitas, nunquam recedentem. Quæ etiam tam insignia muliebris virtutis ornamenta B. DN. D. ALBERTUM HEINSIUM, ex Famigeratissima Heinsiorum Familia ortum trahentem pellexerunt, ut eandem conjugalis thori sociam sibi adjungendam ambierit non modò, sed & exambierit, atque Anno MDCCIII. mense Decembri domum duxerit, quodque matrimonium, licet improle, omni tamen ex parte beatum, omnibusque simultatum ac dissidiorum turbis vacans per tria fermè decennia duravit, & demum Anno MDCCXXXIII. DEO vitæ mortisque nostræ arbitro ita jubente dissolutum fuit, dum supra laudatus piè Defunctæ Maritus, optima cordis sui portio diem suum obiret, Nostramque Viduam moestissimam, maximo sui desiderio affectam abiens relinqueret. Quâ coeterum pietate, humilitate, quo candore, quâ patientia, liberalitate & beneficentia erga pauperes Beata nostra vitam egerit ad supremum usque vitæ halitum, id omnium optimè testabitur *Vir Summè Reverendus, Excellentissimus atque Amplissimus DN. M. PETRUS BECKER, Mathem. Infer. in hac Almâ Prof. Publ. Ord. Famigeratissimus, totius Academiæ & FCtatis Philosoph. Senior maximè Venerandus, ad Div. Jacobi Pastor Merentissimus, & Ministerii Director Gravissimus, in Christo Pater, Fautor ac Collega noster Colendissimus, utpote qui Defunctæ Nostræ per tria integra lustra Confessionarius, hujus rei testimonium omni exceptione majus perhibere poterit. Fluunt autem verba ejus sequenti tenore:*

Quam

Quam nondum opinantibus nobis per dies hosce eripuit su-
premi Numinis, sapientissime omnia & saluberrime dispo-
nentis, omnipotens dextra, Beata nunc Beati HEINSII
Vidua, gente AMSELIA, Matrona longe fulgidissima,
eam sese, per ultima præcipue Conjugii atque Viduitatis
tempora, oculis præbuit animisque nostris, ut, quæ me-
ra est miraque DEI gratia, vivum quasi extiterit & fi-
dei & vitæ Christianæ speculum, in quod avide intuenti-
bus liquido constitit, quænam sit casta illa I. Petr. III.
deprædicata Uxor, ligato æque ac soluto matrimonii vin-
culo, conversatio quarum ornatus non est externus ille,
situs in implicatura capillorum, aut circumpositione auri,
aut amictu palliorum; sed occultus cordis homo, consti-
tutus in incorruptione mansueti & quieti spiritus, quæ
coram DEO est pretiosus. Cujus equidem conversatio-
nis suæ, castæ pariter ac honestæ, non tam encomiasten,
quam testem memet habuit, ornatissima Matrona, habebit-
que quamdiu superfuero, qui animæ ipsius curam per
quindecim annos agendo, non potui non summa cum volu-
ptate coram DEO animadvertere efficacissimam hanc fidem
ipsius salvificæ ἐπιθυμίας, quam operatus est in Ipsa per ver-
bum & sacramenta, qui in fidelibus operatur dona bona-
que omnia, sanctissimus DEI Spiritus; superatis præser-
tim gravissimis illis tentationibus animique anxietatibus,
quibuscum luctari Eandem oportuit per aliquot annorum
seriem, juxta beneplacitum ejus, qui mirabilis est & con-
silio & opere in suis sanctis. Ceterum, quamvis singu-
la fidei ἐνεργήματα, in Matrona hac Nobilissima conspicua,
recensere sciens volensque supersedeam, satis gnarus, pro-
lixo verborum apparatu opus non esse, ubi rerum adsunt
testimonia unicuique obvia; Nolim tamen reticere eam, quæ
in ipsa fuit, ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς καὶ εὐσεβείας, sive timorem

C

spectes

species in DEum, sive amorem in proximum, sive candorem in suam ipsius conscientiam; id quod præcipue per luctuosum illud viduitatis suæ biennium mihi visum fuit elucescere in dies fere singulos. Animi sui moerorem, ex orbitu desideratissimi Mariti contractum, atque subinde (quæ est humani ingenii imbecillitas) retractum, etiamsi vincere non poterat, planeque tollere, lenire tamen studebat & moderari suavissima illa non futuri modo cum eodem in coelis Commercii, æternum duraturi, sed &, quod potioris est momenti, spiritualis cum JESu Christo Hospitatore suo gloriosissimo connubii recordatione, quod a fonte statim baptismali per fidem esset initum, & sigillo spiritus sancti obsignatum. Huic sese jungere, junctam adhærere, adhærentem coalescere posse ad extremum usque vitæ suæ terminum & voto calido adspirabat, & nisu valido adlaborabat. Proinde verbi divini scrutinio, precumque assiduo exercitio, ad omnem animi tranquillitatem composita, vitæ solitariæ sollicitudines patienter ferebat; præsertim vero sacræ *Συναγωγῆς* frequentio rem usum, facta prius peccatorum suorum coram Ecclesiæ Ministro confessione, & data sacerdotali absolutione, adpetebat, edocta satis & convicta, fore, ut verbum & sacramenta DEI fidei salutiferæ suppeditent incrementa. Probe adhuc memini ego vix mensis unius effluxisse spatium, quum epulo hoc sacro refecta, solatiique plane plena, me quidem præsentem, & in mutuam ædificationem pie cum Ipsa colloquente, integrum Psalmum XXIII. cum ardentissimis suspiriis recitatum sibi adplicaret, ansamque mihi præberet, confirmandi hanc animi *πληροφωρίαν* benedictione sacerdotali. Ita quidem tunc temporis discessimus. Et ecce! non ita multo post significatum mihi fuit, fidelem hanc Christi sponsam, quum vix e lecto surgeret, & matutinis occuparetur precibus, subitaneo morbo

morbo correptam ita quidem decumbere, ut in mortis
versaretur periculo. Adveniens ego vidensque misere
decumbentem, precibus primum elata voce fufis, allo-
quio deinde pio reficere Eandem, Psalmique supra alle-
gati verba in memoriam revocare tentabam, incertus ta-
men, utrum perceperit, deficiente potissimum exoptato
indicio. DEO itaque per vulnera servatoris moribun-
dam commendans precibus, eidemque denuo benedicens, di-
scedebam, delato post triduum ad me nuncio, placide in
Domino obdormivisse & in vivis esse desisse, cujus nunc
anima inter coelites vivit, vivetque in æternum, memo-
ria vero inter pios in terris erit in benedictione.

His ut aliquã ulterius addamus, planè foret supervacaneum, ni-
si fortè verba auctoris Epistolæ ad Hebræos vobis in memoriam
revocem: *Hujus intuentes exitum, morum imitemini fidem*: Restat
potius, ut & de morbo eumque subsequente placida morte Beatæ
quædam afferamus, verum, cum & hic Prænobilissimus, Experien-
tissimus ac Doctissimus DN. JOH. BERNHARD. QVISTORPIUS,
Med. D. & Præcticus Felicissimus, Fautor ac Amicus noster Hono-
ratissimus nobis otium fecerit, integramque morbi historiam pro-
priis conceperit verbis, eadem, prout sese habent, hic loci appo-
situri sumus. Sunt autem sequentia:

Hæmiplegia, in scholis Medicis nominatur af-
fectus, quo Beata Nostra ex improvviso fuerit cor-
repta. Vocatus obstupui ferme, ad deplorandum
ægrotae statum, elinguis sedens in sella, mortuæ
erat similis, brachiorum dextrum, pendeat ad
genu, sinistrum in altum elevatum, diductis di-
gitis omne oblatum vi renuebat, os hiabat cum
respiratione anhelosa, pulsus in utraque manu
parvus attamen celer & quæ plura. Cum ad
satietaem spectassem, statim Vena fuit secata,
sed nullus nisi compressus effluebat sanguis; Cly-
steres validissimi per vices injiciebantur; Vesti-
catoria acerrima, partim revellendo quam cor-
rigendo

*rigendo humorem peccantem, inservientia, applicanda curavi; cordialia præscripsi, spirituo-
sa naribus admovi, sed omnia incassum; & quod
mirum, per septem dies ne guttulam vel me-
dicamenti vel alius liquoris assumpsit, donec vi-
ribus totaliter exhausta ac privata inter preces
adstantium, animam suam placidissime, veluti
obdormiscens exspiravit.*


Id quod factum comperimus, d. VII. hujus mensis hora IX. ma-
tutina, vitæ suæ curriculo ad septuagesimum usque ac nonum per-
ducto annum. Ostendit itaque Beata nostra exemplo suo, quod,
cum homo fuerit, nihil humani ab Ipsa quoque alienum esse po-
tuerit, & cum quotidie, dum viveret, jam mortua sit, nunc functa
vivat. DEUS interim largiatur placidam membris quietem, levem-
que ossibus terram, & adit Lugentibus solatio, cunctisque Agna-
tis Cognatisve solandis præstantissima adhibeat lenimenta.


Quod reliquum est, dum corpus ejus exanime hodie infe-
retur terræ, ultimum à nobis Ipsi exhibendum erit exsequiarum
officium; Frequentes igitur, Cives O. O. Honoratissimi, conflui-
te, & quod jura humanitatis exposcunt, lubentibus exsequimini
animis, insimulque ex hac morte vestram quotidie meditari,
& de vitæ brevitate, miseria & repentina præ-
cisione cogitare discite.

P. P. ROSTOCHII SUB SIGILLO RECTORALI
d. XVII. Novembris A. R. S. MDCCXXXV.

Conventus fiet in templo Div. Virgini Sacrato
hora prima pomeridiana audita,







LBMV Schwerin 33
000 195 545





nondum opinantibus nobis per dies hosce eripuit su-
Numinis, sapientissime omnia & saluberrime dispo-
, omnipotens dextra, Beata nunc Beati HEINSII
, gente AMSELLA, Matrona longe fulgidissima,
ese, per ultima præcipue Conjugii atque Viduitatis
ca, oculis præbuit animisque nostris, ut, quæ me-
miraque DEI gratia, vivum quasi extiterit & fi-
vitæ Christianæ speculum, in quod avide intuenti-
quido constitit, quænam sit casta illa I. Petr. III.
dicata Uxor, ligato æque ac soluto matrimonii vin-
conversatio quarum ornatus non est externus ille,
n implicatura capillorum, aut circumpositione auri,
nactu palliorum; sed occultus cordis homo, consti-
ruptione mansueti & quieti spiritus, qui
est pretiosus. Cujus equidem conversatio
pariter ac honestæ, non tam encomiasten,
met habuit, ornatissima Matrona, habebit-
superfuero, qui animæ ipsius curam per-
s agendo, non potui non summa cum volu-
DEO animadvertere efficacissimam hanc fidem
ἐπιρρησίου, quam operatus est in Ipsa per ver-
tuta, qui in fidelibus operatur dona bona-
tissimus DEI Spiritus; superatis præser-
illis tentationibus animique anxietatibus,
iri Eandem oportuit per aliquot annorum
beneplacitum ejus, qui mirabilis est & con-
n suis sanctis. Ceterum, quamvis singu-
in Matrona hac Nobilissima conspicua,
volensque supersedeam, satis gnarus, pro-
apparatu opus non esse, ubi rerum adsunt
ivis obvia; Nolim tamen reticere eam, quæ
πίστεως ἀληθείας τῆς καὶ εὐσεβείας, sive timorem
C spectes

